Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

in filio hominis totus erat . Diuina quippe
natura &dī sermo inpartes secari non potest .
Hæ loci diuidi . sed cum ubiq: sit totus ubiq: est ;
Erat igitur uno eodemq: tempore & cum apostolis
quadraginta dieb: & cum angelis & cum patre &
in extremis finib: maris . Erat in omnib: locis uer
sabatur cum thomae in india . Cum petro romae .
Cum paulo in illirico . Cum tito in creta . Cum andrea
in achaia . Cum singulis aptis & apostolicis uiris
in singulis cunctisq: regionib: Quod autem dicitur
deserere non natura illius terminus ponitur .
quosdam tn deserere
Sed eorum merita discribuntur apud quos uel . ee .
uel non esse dignatur ;; ;; ;;

;; EX PLICIT ;;

;;; DE MIRACULIS NATIUITATIS XPI .

Cum dns & saluator noster ad redemptio
nem humani generis in hunc mundum
uenire disposuit . quaedā signa quae
eius figurebant aduentum paulo antea
demonstrare dignatus est ;
Primum signū sua ordinatione contingebat . ut
unus homo totius mundi tenuit principatū . quod
antea numquam nec postea fuit . & nomen eius
caesar octauianus . qui bene quiessumma potest